Olexa Matkowski Budzewicz Donatarii sui, vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praefata Terrestria simpliciter taxata luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minoreve nitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, pro Munimenta, ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non afferendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel duplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, libello Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Matkowski Sozanskiemu Donat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis
178 Strehorij Matkowski Molczanowicz, olim Nobilis Ioannis Matkowski Molczanowicz Filius, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iu-

risdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successori-
bus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plena-
rie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, pu-
blice ac per expressum recognouit, Quia ipse Bona sua
propria et haereditaria infrascripta videlicet Sultrij Dal-
czy Pola inter metas Nobilis Procopii Matkowski Kobyl-
kowicz a prima, ab altera vero Nobilis Lazur Matkowski
Czeklowicz in Bonis Villae Matkowice Terra vero et Distri-
ctu praesenti Premysliensi iacen et consisten cum omni-
bus praemissorum Iure Dominio proprietate haereditate, titulo
haereditario cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem
utilitatibus, fructibus, prouentibus, reditibus, commodis emo-
lumentis, et obuentionibus quibusuis, attinentiisque et per-
tinentiis generaliter vniuersis, Nihil ex praemissis Iuris
Dominii, proprietatis, haereditatis aut cuiuspiam competentiis
et praerogatiuae pro se Recognoscente suisque Successo-
ribus aut cuopiam alio reseruando seu excipiendo, verum
ita late longe, circumferentialiterque, prout praefatorum
Bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo
extendit et protenditur, et prout eadem Bona ipsemet
Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque concer-
nebant, ac eidem legitime seruiebant, Iam ex nunc et
de facto Nobili Thomae Sozanski, olim Nobilis Hrycz So-
zanski filio eiusque Posteris dedit donauit inscripsit
et resignauit, prout dat donat, ac titulo purae merae per-
petuae ac irreuocabilis donationis inscribit et resignat per-
petuo et in aeuum irreuocabiliterque. In quaequidem Bo-
na praesentibus donata is idem Recognoscens, Nobilis Hre-
horij Matkowski Molczanowicz praefato Nobili Thomae
Sozanski Donatario suo eiusque Posteris iam ex nunc
et de facto coram Officio praesenti dat et admittit rea-
lem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem
per Ministerialem quemcumque competentem et Nobiles

1972

dus die quacunque voluerit Officiose acceptandam per ipsum Nobilem Thomam Pozanski Donatarium suum, eiusq Posteros. haec eadem Bona praesentibus donata cum omni Iure, Dominio proprietate competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeternis temporibus, Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Hrehory Matkowski Moszczanowicz, pro se, ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis, suprascripto Nobili Thomae Pozanski Donatario suo inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dictis Bonis per praesentes donatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Conditionis, Status et Sexus aliusvis existentium ex occasione suprascriptorum modo quovis exorienda per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere evincere intercedere, et eliberare indemnemque a paenis reddere neconon Bona praefata praesentibus resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem Bonis praesentibus per se Recognoscentem donatis cuicunque personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem Bona praemissaque omnia praesentibus resignata importatis.

et importandis, Lucris denique et Perlucris, Proventibus
Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris de-
pendentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni ob-
tentis et obtinendis ac super praemissis omnibus prae-
sentibus resignatis modo quovis productis et producendis
emundare et eliberare mundaque et libera semper fa-
cere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio prae-
senti admissam, in fundo Bonorum praefatorum prae-
sentibus resignatorum dum per Ministerialem et
Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo de-
bebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter
admittere, dataque et admissa eadem Possessionem et
usumfructum praemissorum omnium et singulorum quovis
modo tam per se, quam per suas quasvis submissas
et subordinatas personas non praepedire nec adimere
ipsumque Nobilem Thomam Sozanski Donatarium
suum ac ipsius Successores in dictis Bonis prae-
sentibus resignatis tam in toto quam in quavis minima par-
te non inturbari, ita et eadem Bona praemissaque ea
cum Universis eorundem Utilitatibus et Usufructibus, i-
idem Donatarius suus, cum suis Posteris quiete et
pacifice praesentis Inscriptionis Donatariae vigore.
tenere, habere, et possidere queat, eisque uti frui possit
perpetuo et in aevum irrevocabiliterque, Idque sub
Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iu-
ramento taxandis et edicendis per eundem Recogno-
scentem Nobilem Zachary Matkowski Mokrzanowicz
vel eius Posteros suprascripto Nobili Thomae So-
zanski Donatario suo aut illius Posteris obtin

1974
complementum præmissorum omnium et singulorum tam in
parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad sol-
uendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis
Terrestribus simpliciter taxatis modo præmisso ad sol-
uendum succubitis ac pro re aliqua principali ex præ-
missis non completa complenda citatus existens memo-
ratus Recognoscens Nobilis Strzeszy Mathawski Mos-
czanarez siue eius Successores ad instantiam præfati
Nobilis Thomæ Sozanski Donatarii sui vel eius Successorum
ad officium præsens Castrense Capitaneale Premisliense
ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum
spectat mediante, semper in primo Citationis Termino
tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere,
Damna præfata Terrestria simpliciter taxata soluere,
Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pa-
ti debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad
eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum
Terminum primum peremptorium et aliosque omnes ex-
inde consequentes Causis eiusdem Terminos semper
peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennita-
tate Successorum Legatione intra vel extra Regnum,
seruitio militari ad munimenta ad Expeditionem, vel
aliis quibusuis dilationibus et Legalibus impedi-
mentis non differendo, ad quietationem præterea
ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanea-
lis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipi-
endo nullasque Motiones, Appellationes, ac eorum pro-
secutiones faciendo, ac præmissa omnia Damnis simpli-
cibus vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus,

fatalis Juris, praescriptione Terrestri, bello Convenientiaeq
ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subter
fugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua prae
senti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Zurowski in rem Stradomskiego Scriptum Roborat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesen.
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gene
rosus Joannes Zurowski, sanus mente et corpore exi
stens, a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, 779
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi
Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum
Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus tota
liter et plenarie incorporando atque subjiciendo pa
lam libere, publice ac per expressum recognovit Quia
ipse suo, et Generosae Ursulae Lysakowska Consortis
suae legitimae pro cujus ratihabitione cavet et se prae
sentibus inscribit nomine, se, ac suos Successores
in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et
obligat praesentibus, Scriptum certum manuale per se Re
cognoscentem in rem et manus Generosi Joannis Stradom
ski, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem
Scripto manuali contentarum, de Actu et Data illius hic
Premisliae Die hodierna in Actu contenta confectum
conscriptum et datum manu sui Recognoscentis propria
subscriptum, in omnibus et singulis ejusdem Scripti ma
nualis Conditionibus punctis clausulis articulis, vadiis.